Oñ confabulandi sed a sceleribus deterrendi gr̄a: res monstro similis referetur.Quidam religiosus ex ordine augustinensium romañus:dum uerba haberet ad populū hac quadragesime me adstante:hortaretur q̄ ad confessionē peccatorū hoc miraculū sibi accidisse sex annis antea dixit.Cum ñoctu in basilica laterañensi cum aliis surrexisset post mediā noctem ad matutinas horas deo canendas:ait uocē e sepulchro: quo antea.xviii.diebus quidam romanus ciuis conditus fuerat ꝑdisse sepius cōpellantem ut ad se adirent. Illos ad primā uocē territos:tum paulū confirmato aīo: quo uox trahebat accessisse:ac subinde mortuū dixisse ne timerēt: sed irēt caliceq; afferrent & lapidē submouerēt:quo facto surrexisse mortuū ac hostiā sacratā quam ātea mortē sumpserat in calicem spuisse:tū dixisse se damnatum maximi cruciari penis:eo q̄ matrem filiāq; cognouerat:que scelera ñunq̄ fuisset confessus: his doctis cadauer recubuisse.

Predicator multum clamans quō confundebatur.

Vm religiosus: ad populū predicans sepius: ut stulto-
c rū mos est magna uoce clamitaret: quedā ex adstanti
bus feminis ad exclamātis ueluti rugitū plorabat: hac re sepius animaduersa religiosus existimans mulierē uerbis suis ex zelo dei & conscientia notam flere ad se uocatā rogauit que causa esset gemitus: & num uerbis suis mentis spiritu agitata lachrymas illas pias ut putabat effunderet. Illa uero uocibus & clamoribus eius impulsā se acriter animo cōmoueri & dolere respondit: se enim uiduā esse cui olim asellus a marito esset relictus ex quo partē sui uictus traheret: eū sepius ut religiosus ille consueuerat rugire die noctuq; solitum tūc defunctū se miseram sine subsidio reliquisse: itaq; cum predicātem illum audiret magnis uocibus resonantē similē illū uoce asino suo uideri cuius recordatiōe cōmota ad flendum etiam in uita impelleretur: stultus ille latrator potius q̄ predicator sua stulticia confusus abiit.

De adolescentula per senem maritum deluſa.

Lorentinus iam senex uxorē duxit adolescentulam q̄
f a matronis edocta ut primo insultu noctis obsisteret uiro neq; primo prelio arcem traderet renuit congressum. Vir ad nauigandū plenis ad id impensa opera uelis paratus ubi illam renitentem cognouit: quesiuit cur sibi nō obsequeretur. Cū uirgo dolorē capitis causasset: uir demissa uirga in aliud latus reuolutus usq; ad diluculum dormiuit: puella sentiens se nō amplius peti: dolensq; cōsilium datū & se postulatis nō consensisse: excitato uiro dixit se non amplius dolere caput: tū ille & ego nunc doleo caudā respōdit: uxore uirgine ut erat relicta. Sanum igitur consilium est accipere rem proficuam cum datur.

De reliquiis bracharum cuiusdam minoris.

Es digna risu & ut confabulationibus inseratur: nup
accidit amelie: nupta mulier & mota ut exstimo bene agendi conscientia confitebatur peccata sua religioso ex ordine minorū: hic interloquēdū exarsit in cōcupiscēti ā carnis: & tādē multis uerbis mulierē i uolūtatē suā traducta:

querabatur facultas & locus rei cõficiende. Placuit ut mulier se egrã fingens. hunc fratrẽ pro cõfessore ad se uacaret. cõsuesse enim solos eiusmodi homines relinquĩ: ut remotis arbitris que ad animã spectãt libera sit loquẽdi facultas. Illa ficta egritudine corporis lectũ ingredit. dolorem pergrãdem simulat confessorem accersit qui ut ad eam uenit cum ceteri abissent. solus solã sepius cognouit. cũ diutius morarentur interuẽtu aliorum frater ueluti nondum perfecta confessione abiit postridie reuersurus redit mulieris supra lecticã brachis positis. priori modo peccata examinat: Vir nõ nichil suspicãs de tam longa cõfessioñis mora cubiculũ ingreditur. ille subito interuẽtu perculsus brachas oblitus abiit. maritus brachis uisis exclamat adulterum nõ fratrem esse. totaq; domus ad bracharũ aspectũ facinus indignum cõclamat. Euestigio primariũ conuentus fratrũ uir clamitans conuenit. indignũ factum queritur mortem malefico minatur. Alter qui senex erat iram cõprimit asserens illum improprie familie: suumq; dedecus exclamare taciturñitate & reticentia esse opus ut contegeretur crimen. Ille ita rem palam esse repertis brachis ait ut nequeat celari. Senex ad id remedium profitetur: asserturũ se enim illas sancti francisci brachas esse: quas frater ad liberandã mulierẽ portarit: accessurũq; eo profitetur cũ processione & põpa brachasq; publice exinde reportaturũ: probato cõsilio primarius fratres illos cõuocat: ac cũ cruce uestibusq; sacris domum illius accedit brachasq; deuote capiens & tanq̃ reliquias religiosas super pepulũ sericiũ suspẽsis manibus feres: tũ uiro tũ matri: tũ reliquis obuiis exosculãdas porrexit: & magna cum cerimonia & cantibus ad cõuentum deductas ĩ sacrario cum ceteris reliquiis locauit: detecto postmodũ dolo oratores eius urbis questũ eam iniuriã uenerunt.

De breui contra pestẽ ad collum ¦ suspendendo.

Vper cũ iuissem tibur cupidus uidẽdi liberos quos eo
ñ pestis cã ex urbe miseram audiui rem dignã risu & con
fabulationibus nostris: paucis ante a diebus frater qui
dam ex his circulatoribus in uicinis castellis ad rusticos predi
cans pollicebatur: erat enĩ pestis suspicio :¦ se daturũ eis certũ

ut aiunt breue: quod ad collū qui gestarēt nunq̄ peste possēt perire: stulta plebecula hac spe cōmota: ꝓcio quo poterāt breuia redimētes ad collū filo uirgineo suspendebāt: edixerat aūt frater ne quis breue ante dié. xv. referaret: id si feciſſent uirtuté amissurū: multis cōtractis numis frater recessit breuia post modū lecta sunt ut ē cupiditas hominū noua cognoscendi: in eis uulgaribus uerbis scriptū erat. Donña si fili & cadeti lo fuso: quádo tafieti tieni lo culo chiuso: hec sunt latine: Mulier si filas & cadit tibi fusus quádo te flectis tene culū clausum: hoc omnium medicorum precepta exuperat & medelas.

Angeloti Cardinalis os potius claudendum aperiebatur.

a Ngelotus Romanus admodum loquax & maledicus nemini parcés erat. Cū culpa tēporis ne dicá stultitia hominū cardinalis esset factus: aliq̄diu ut moris é i secreto consistorio cardinalium tacuit uulgo enī clauiū os tenere nouos cardinales aiūt: donec pōtificis ꝓmissu loquātur cardīalis fācti Marcelli certo die cū ab eo petisse & quid nā in cōsistorio egissent: os iquit aperuimus Angelotto: tū ego satius inq̄ consultiusq̄ fuisset illi os sera ualida occlusisse.

Equum exquisitum prestauit redolphus se petenti.

B Redolpho camerinensi cuius supra meminimus: q̄dam nobilis ex piceno dono petiuit equū: cui tot conditiones ad pulchritudinē uirtutēq̄ adiecit: ut nullo pacto talis equ⁹ iter sua arméta repiri posset: tū redolph⁹ quo illi⁹ uolūtati satisfieret: equā & stallonē uulgo aiūt ex suis elegit atq̄ ad illū destinauit inquiés se ei ístruméta mittere quibus equū suapte mō cōficeret: cū nullus eiusmodi prout postulasset inter suos reperiretur: hec uerba monét ne adeo exq̄sita petamus ut aut difficilia sint aut negentur honeste.

Contentio mulierum extorsit dictum risu perdignum.

Vedá in urbe quá nouimus mulier corporis questu uitam ducens habebat filiam grandioré natu admodū

q pulchram: quam ueneri dedicauerat: orta inter ipsam aliquando & uicinam suam eiusdem professionis contē tione ad iurgia & uerbor& contumelias peruenerunt: cum uicina quorundá maiorum auxilio confisa: matri & filie acriter

minaretur:tũc illa tacto filie desuper femore:hoc mihi saluet & custodiat deus inquit:qua tuta omnia tua uerba & minas contemno:optime quidem respõdit:nam egregio patrocinio & quo multi delectabantur fidebat.

Sacerdos laicum delusit se capere uolentem.

Acerdos quidam meridie cũ uxore rustici iacebat í le
C cto sub quo latebat rusticus:ut sacerdoté deprehende ret:cũ sacerdos labore forsan nimio in quandâ leuem uertiginé incidisset nescius uirum sub lecto absconsũ: o totũ terrarum orbé mihi uideor cõspicere inquit:tum rusticus qui pridie asinum perdiderat:iniuriarũ oblitus:ho respice queso ait:an sicubi asinũ meum forsan uideres.

Fulloni in anglia accidit res miranda cum uxore.

Vm essem in anglia:fulloni res ridenda & haud reiici
C enda a nostris confabulationibus contigit.Is cũ uxo rem haberet multosq; preterea í familia iuuenes atq; ancillas:iniecit animum in unã earum que pulchrior atq; uenustior uidebatur:cũ eam coitus requisisset:sepius illa rem detulit ad matroná eius consilio assentitur patrono:prestitit die atq; hora in locũ secretum ac suboscurum matrona latuit p ancilla:accessit uir mulieréq; cognouit nescius uxorem esse: peracto opere exiens a cõclaui:quid egisset narrauit uni ex iunioribus:eũq; hortatus est ut etiã ipse ácillam prout credebat subagitaret:accessit ille quem mulier p uiro excepit nihil:locuta:cum post eũ & ité alter a uiro missus eét:mulier extimás maritum esse:tertiũ congressũ passa est.& ipsa uirũ & illi ancillam esse opinati digressa occulte postmodũ a loco mulier noctu maritũ redarguebat:qui in se esset remissus & in ancillam adeo libidinosus ut una die ter se pro ácilla cognouisset:dissimulauit uir errorem suum & uxoris cuius ipse causa fuisset peccatum.

Confessio tusca & postea brusca.

Vidã qui sororis pudicicie non pepercerat:romam ac
q' cessit criminis confitendi causa:confessoré quetés qui tuscus esset:ostenso hoie accessit primũ petens an tuscе loqui nosset:annuente illo inter cetera delicta dixit:se cum

eſſet iñ cubiculo ſolus cũ ſorore tenſa baliſta ſagitaſſe illam tũ confeſſor o ſcelus inquit nunquid ſororẽ occidiſti: minime reſpondit ille ſed tu nõ intelligis ſermonẽ tuſcũ: noui ſatis alter ait: cũ ſim ibi genitus: nempe dixiſti tenſa te baliſta ſagitaſſe ſororẽ: nõ ait ille ita intelligo ſed dico me tetendiſſe baliſtã & impoſuiſſe ſagittam & in ſororem miſiſſe. Num tu uulneraſti eam inquit: aut facié uel aliquod mẽbrum leſiſti: ho reſpõdit ille neſcis ſane loqui tuſce: atqui alter uerba que dicis noui ſed caue ne tu loqui tuſce ignores: nõ dico inquit me ſororẽ uulneraſſe: ſed ſagittã tenſa baliſta emiſiſſe: confeſſor qui diſſimularet ſe ignorare que dicerentur: ille uero iteraret confeſſorem nõ intelligere tuſcã lĩguam repetẽs baliſte & ſagitte caſum: niſi aliis uerbis utaris ait quid ſentias ignoro: tũ alter cũ diu pudore tergiuerſaſſet: tandem uulgaribus uerbis dixit apte ſororem ſuam ſe compreſſiſſe hic alter: nũc tu loqueris tuſce apud tuſcum inquit te plane intelligo: & ĩpoſita erroris penitentia receſſit. Mali animi eſt pudorem uerbis oſtendere cũ opere impudicus fueris ac ſceleſtus.

De prelio picarum & gracularum.

h Oc anno milleſimoquadringenteſmo quinquageſimoprimo menſe aprili res monſtro ſimilis accidit ĩ cõfinibus gallie & eius que nunc dicitur britãnia: pice & gracule aues aciebus inſtructis in aere immenſo clangore p uniuerſum diem acriter pugnarunt: uictoria penes graculas ſtetit: ex eis ad duo ex picis ad quattuor milia in terra mortue ſunt repte: quid id ꝑdiguũ ferat tꝑs oſtendet.

Facetum dictum Franciſci de Ianuenſium filiis.

f Rancíſcus quaratenſis mercator florentinus morabatur ianue cum uxore & familia: filii ſui macilenti erãt & graciles corpore ianuenſium filii habitiores ſuut: & robuſtiores: petiuit quidã ex eis ab franciſco cur filii eius ita tenues eſſent & natura imbecilles ianuenſiũ uero nõ item: tũ ille cauſa eſt inquit ĩ promptu: ego enĩ ſolus filios meos creo uobis uero ad filios ꝓcreãdos multorũ ſubſidia opitulantur Ianuẽſes quippe ſumpta uxore paulopoſt nauigãt: uxores deſolatas uiris alioꝝ ꝑſidio ut aiunt ãnis pluribus relinquẽtes.

De facto cuiusdã florentini iusto sed bruto.

r Etulit in cetu hominum mihi familiaris. florentinum quendã qué nosset uxoré formosam habuisse quã multi proci sequerentur: ex eis quidã serenatas ut aiũt cũ sepius noctu accensis cereis ut moris est in uia prope domum facerét: uirũ admodũ facetũ semel tubarũ cantu excitatũ cũ surrexisset de lecto ad fenestrã cũ uxore accessisse conspectaq; tumultuantiũ & lasciuientiũ turba magna uoce astantes rogasse ut ad se paulũ suspicerent: cum oculos omnes ad eã uocé substulissent illũ exerto & extra fenestrã porrecto cui⁹ erat copiosus priapo inanẽ laboré & inutilẽ sumere illos ait: cũ uiderent se habere unde etiã uberius q̃ ipsi possent uxori satisfacere: itaq; consulere ut huic eorũ molestie parcerent nõ profuture quo ꝑfacete dicto ab superflua cura destiterunt.

Faceta petitio senis laboré copule ferre nõ potentis.

a Diecit & alter similem fabellam florẽtini quoq; uicini sui qui cũ esset etate natura uxoré dux erat iuuenẽ hanc amare cepit. Ricardus de albertis adolescens nobilis ac pulcher qui similiter sono & cantu per strepentibus in uia plurimis noctu hominé a somno sepius excitabat: at is demum ad benedictũ adolescentis patré profectus narrata priori eorũ consuetudine & mutuis officiis post longã querelam grauiter questus est se nihil cõmeruisse cur eius filius se uellet occidere: ad hec pater stupens idq; egro animo ferens respondit se id facinus probiturũ: & simul ré sibi narrari postulat quo filiũ posset acrius compescere: tũ alter uxoré meã inquit deperit filius tuus sepiusq; suis tibiis & sonitu me & uxorem dormiẽtes noctu suscitat: quo fit ut uigilás ultra q̃ uires ferant uxoré ne alium appetat coner subagitare: quod cũ sepius accidat iam deficiũt ad id opus uires: ita ni tuus filius ab ícepto desistat: iamiam tali uigilia pereã necesse é: quo iocigenere Riciardus patris monitu haud ãplius illi molestus fuit.

Facetum dictum meretricis adiocans uenetis.

c Vm essem in balneis petriolanis audiui a quodá erudito uiro dictum meretricis facetũ sane: & haud ídignũ reliquarũ confabulationũ nostrarum societate. Scor

tum erat ait uenetiis uulgare ad quod diuersarum gentium uiri accederent: quesiuit aliquando ab eo quispiã: que sibi ho minum natio maiori mẽbro uirili esse uideretur. Mulier eue stigio uenetos respondit. Cum causa postularetur: quoniã in quit tã longo sunt priapo: ut cũ sepius í remotissimis & ultra mare sitis prouinciis uersentur tñ cũ uxoribus cocant & pro creent filios: iocata est in illorũ uxores quas uiri profecti pere gre relinquunt aliorum cure.

Facetum dictum indocti doctiores confundens.

Vm plures religiosi de etate & operibus saluatoris no stri: & quomodo post trigesimum annũ predicare ce pisset col loquerentur: quidá rudis litterarũ adstans q̃ siuit ab eis: quid primũ iesus feciſſet postq̃ trigesimũ annum excessit. Cũ alii hesitarent: alii uaria sentirent: nescitis inquit ille cũ uestra doctrina rẽ cognitu facilem: petẽtibus illis quid primum egisset: trigesimũprimũ annũ ingressus est: ait omẽs aborto risu facetum hominis dictum cõmendarent.

Salsum hominis dictum contra mercatorẽ alios accusantẽ

Arolus gerii mercator florentinus: ex his mensariis q̃ romanam curiam sequuntur: accessit auinionem pro ut moris est mercatorum qui in diuersis prouíciis ne gociantur: romã deinde reuersus in conuiuio domesticorum cum queretur ab eo interloquendum de uita & moribus flo rentinorũ qui auinione commorabantur. Respondit guau dere omnes & alacres esse: ñã quicunq̃ ibi per annum fuisſẽt dementes efficerentur: tũ Aldigherius quidã ex conuiuis ho mo perfacetus rogat Carolũ quanto tempore ibidem cõmo ratus esset: cum sex menses tantũ Carolus respondisset: tum alter peroptimo inquit ĩgenio Carole extitisti qui quod alii anno solent tu sex mensibus perfeciſti: risimus omnes salsum hominis dictum.

Bellum mulieris responsum ad iuuenem suo amore fla grantem.

Vuenis quidam florentie amore calebat mulieris no i bilis atq̃ honesta: quam ad templa & quocũq̃ diuer teret frequentius sequebatur: hic cum sociis tempus

ſibi & facultatem dari optabat: quo mulieré paucis uerbis a ſe ad id premeditatis & cõpoſitis poſſet alloqui: cũ ſemel ad templum ſancte Lucie feſto die mulier acceſſiſſet: tempus loquendi adeſſe ex ſociis unus ait: cũ uidiſſet eam ſolam ad fõtem adire aque bñdicte: ille uelut amiſſo ſpiritu ſtupidus hortante atq; ĩpellente ſocio: prope mulieré abiit: obliuſq; eor q̃ cogitauerat neq; auderet loqui: ſocius aũt inſtaret ut ſalté uerba fũderet tandé ille domina ĩquit ego ſũ ueſter ſeruitialis: ad que uerba ſubridés femina: ſatis ſuperq; ſatis famulorũ habeo ĩquit domi: qui & eã uerrãt & ſcutellas ac inciſoria lauent ut pluribus mihi ſeruitialibus non ſit opus: riſerũt ſocii & hominis ſtupiditaté & bellum mulieris reſponſum.

De nobili quodam tempore frederici imperatoris in armis preſumenti ſed nil facienti.

Empore quo Fredericus imperator qui in bonconuen
t tu oppido ſenenſium defunctus eſt prope florentiam ad ſecundum lapidem ut hoſtis caſtra poſuiit: multi nobiles ad tuendam patriam arma ſumpſerant caſtris hoſtium inſultantes: tum quidam ex nobili familia iactabundus aſcenſo equo armatus: extra portam extento curſu ferebatur increpans tarditatem ceteroꝝ: qui ueluti timidi tardius incederét. ſeq; uel ſolum clamitans cum hoſtibus congreſſurum: cũ miliaris ſpacium currẽdo & uires ſuas iactando tranſegiſſet: uidens quoſdam uulneribus confectos ab hoſtibus reuerti: cepit paulatim incedere tardius lentoq; paſſu proficiſci: audito uero hoſtiũ cũ ciuibus pugnantium clamore: cõſpectaq; a longe preliantium pugna gradũ fixit immobilis cum quidá qui eius iactatoris uerba audierant: cur non ulterius progrederetur ad pugnam rogarent: tum ille cũ aliquádiu ſiluiſſet: tandé non ſentione ita fortem & ſtrenuũ armis eſſe ait ut perſuaſerã mihi. Penſitande ſunt animi & corporis uires neq; plus promittendum q̃ queas preſtare.

De homine qui per biennium cibum ñoñ ſumpſit neque potum.

Ereor ne id quod noſtris confabulationibus inſeram ceteris fabuloſius uideatur: cum & natũra repugnet

& preter modum uideatur mirandum tamen ita uerum esse compertum est ut impudens uideatur id negare. Quidam Iacobus nomine qui tempore Eugenii erat in romana curia ex his qui uocantur copuste: cum ad patriam nouiomū in galliā rediisset: incidit in morbū graue & diuturnū: longior esset futura narratio si omnia recensere uelim que sibi in morbo asserit contigisse tandē post annos multos áno. vi. Nicolai quinti pontificis reuersus ad curiā ut iret ad sepulchrū saluatoris nostri nudus & inops: nam in itinere inciderat in latrones: diuertit apud curiales uicinos meos honestissimos uiros quib⁹ antea fuerat notus. Is biēnio iam post morbū dicit se neq; comediſſe neq; potasse cuius rei periculum factum est sepius homo macerrimus est sacerdos & sane mētis ut qui officium cō tinue dicat & missam me uidente audierit. Plures & theologi & phisici cum eo serio locuti sunt: rē contra naturā aiunt: sed ita certa est ut pernicacis sit id nō credere. Cōcursus ad eū fit quottidie hoīum percontantiū: multi uaria de hoc sentiunt Sunt qui existimāt corpus illud a demone habitari sed nulla signa iń eo apparent nisi prudentis uiri probi & religiosi: qui hodie quoq; scribendi exercitio uacat: alii humorē melancoli cum asserunt prebere nutrimentum cum ipso egomet sepius sum colloquutus: falsa existimans que dicebantur. Is quoq; non minus q̄ reliquos se ex hoc admirari dicit: nō tamen subito sed paulatim in hanc consuetudinē descendit: ego rem hāc magis admirarer: nisi reuoluens ńuper quosdā annales quos in gallia olim transcripsi legissem. Idem tpe Lotharii imperatoris & pascalis pape anno domini octingētesimo uigesimo secundo contigisse puellam scilicet duodecī annorū in territorio tullensi uilla comertiaci: post assumptam in pascate sacram cōioñem: primo per decem mēses pane deinde triennio potu & cibo absti nuisse: postea rediisse ad priorem uitā quod & iste se sperat futurum.

Facetum dictum hominis asinum erudire promittentis.

Iranńus ad exhauriēdum bonis subditum qui se multa facturum iactabat: sub graui pena precepit ut asinum litteras doceret: ille īpossibile ait fore: nisi multū

temporis ſibi iñ erudieñdo aſino coñcederetur: petere quañ-
tum uellet iuſſus decennium impetrauit: deridebatur ab omi
bus: quoniã rem impoſſibilem ſuſcepiſſet. Ille amicos ſolatos
nil timeo inquit nam interim aut ego moriar aut aſinus: aut
dominus: quibus uerbis oſtendit ſalutare eſſe rem difficilẽ in
longum protrahi ac differri.

De preſbytero epiphaniam an uir eſſet uel feĩa igñorante.

f Ocius quidã in feſto epiphanie narrauit mihi ſtultitiã
ridiculam ſacerdotis contribulis ſui. Sacerdos fuit in-
quit qui populo nuncians Epiphañie celebritatẽ futu
rã. Cras aĩt ſumma deuotiõe ueneremini Epiphaniã: maximũ
eſt enim & precipuũ feſtũ neſcio autẽ uir fuerit an femĩa: ſed
quiſquis extiterit a nobis ẽ ſũmo timore hic dies cuſtodiẽdus.

De quodam equeſtre corpulento.

e Queſtrem quendã admodũ corpulentum urbẽ peruſi
um ingreſſum cũ permulti: natura enĩ ad facetias ſũt
prompti: anteriori contra morẽ equiparte iocando ma
la ferre dicerent. Ille faceto reſponſo atqui ita eſt opus inquit
in urbe furibus ac latronibus referta.

Fenerator ficte penitus in peius recidiuat.

D ſenem quendam feneratorem qui artem ſe deſiiſſe
ſimulabat: acceſſit homo pecuniã ſub fenore ſumptu-
rus: tulitq; in pignus crucem argenteã in q̃ inerat por
tiũcula, ligni crucis ſaluatoris noſtri: cum peteretur a ſene ut
pecuniam mutuaret: ego inquit ab hoc feneradi peccato iam
deſtiti: ſed uade ad illum filiũ meum ait: & nomẽ dixit: q; ani-
mam profligauit ac pdidit ut mutuet tibi: miſitq; domeſticũ
cum illo domũ filii monſtraturum cũ iam abiſſent lõgius: he
us tu ĩquit domeſtico: dic filio ut meminerit deducere de pre
cio ligni pondus noluit qui ad cõſcĩam ſe rediſſe finxerat: ut
filius lignum crucis extimaret p argento: id uilius argento pu
tans: facillime res in ſuam naturam redit.

De auiculis fabuloſc & falſe loquentibus.

q Vidam auiculas capiens in cauea recluſas: ſtricto ma-
nibus capite interficiebat. Interim caſu lachrymas ce-
pit emittere: tũ una ex recluſis ait reliquis: bono ſitis

animo: nam ut uideo lachrymantē nostri miseretur: hic senior ex eis o fili inquit non ad oculos respice sed ad manus: non ad uerba sed opa mōstrās esse a nobis respiciendum.

Catenis uariis collū cingens stultior estimatur.

o Rdinis equestris quidā mediolanensis miles glorios⁹ qui orator florentiam uenerat quottidie ī ostentatiōnē: diuersas uarii generis ad collum catenulas deferebat: huiꝰ inanē iactantiā uidens nicolaus nicolus uir doctissimus & ad iocos ꝓmptꝰ: ceteri stulti iqt unica catena se uiciri patiūt: huius aūt īsania tāta est ut non sit una catena cōtētus.

Facetum Redolphi camerini in oratorem contra omnes dominos iniectum.

b Ellum quod inter pontificem Gregoriū. xi. & florētinos est gestum picenū & oēs ferme ecclesie romāe puī cie a pōtificem desciuerūt: orator raconatēsium florētiam missus gratulatus est apud priores ob restitutā eis florētinorū ope libertatem multisq; uerbis in pōtificem suosq; ministros & precipue cōtra domios oēs & tirānos inuectus ē malum eorū regimē & facinora detestatus nulloq; adhibito respectu Redolphi domini camerini: qui tū dux florentinorum aderat cū eiusmodi legati audirētur: diutius uersatus est ī eorum detractiōe: tū redolphus petēs ab oratore illo cuius facultatis aut artis esset: cum ille doctorem iuris ciuilis se diceret: quesiuit quātum tempus legibus opam dedisset: cum ille amplius decēnio respōdisset: q̄ uellem inquit ut saltem annū discretionis studio uacasses: stultum illum iudicans: qui tā multa se presente cōtra dominos effudisset.

De arbitro in cuius domo porcus oleum effudit.

q Vidam arbiter inter duos litigantes datus accepit ab uno urceum olei ea spe & pollicitatione: ut pro se iudex sn̄iam ferret: hoc sentiens alter porcum pinguem misit iudici: rogans ut sibi faueret: tulit ille sentētiā pro porco qđ sentiens alter cū & fidem datā & oleū missum apud iudicē quereretur porcus inquit quidā domū uenit: & inuento oleo uas effregit atq; oleum dissipauit adeo ut tui fuerim oblitus optima uenalis responsio.

Iuuencularum a Caluo quodam faceta delusio.

i Vuencule due cũ essent ad fenestrã domus supra ortũ site exibat ortolanus senex & caluus ad sumendũ cibum quẽ cum ille uidissent calucie: deformẽ petiuerunt nunquid cuperet scire quo pacto pili nascerentur. Assen tiente illo ioci causa dixerunt ut caput aliquãdo urina lauaret uxoris: tũ ille ad eas uersus hanc uestrã medelam ridens inquit: nequaq̃ uerã esse: uxoris mee factũ comprobauit que licet hunc socium meũ priapũ manu ostendens: iam triginta lauerit annis tamen nulli in eo pili exorti sunt.

De Messer perde elepiato.

h Enricus de monte leone causarũ procurator erat i romana curia senex admodũ & parum in ea facultate. Vnde messer perde elepiato uulgari uerbo appellatur id est dominus perdens lites: cũ semel ab eo postularetur: cur in singulis semp causis succumberet. Quoniã nullus iquit nisi iniustitiã petens litigaturus patrociniũ meum petit: ut necesse sit me semper esse in causa iniqua iferiorem faceta ignorantis hominis responsio.

De Cãtilena tabernariis placida.

u Iator quidam esuriens cũ diuertisset ad cauponulam uentrem cibo potuq̃ fartiuit: petente pecuniam caupone: ait nullos sibi esse nũmos sed cantilenis se satis esse facturũ: tabernarius non cantu sed precio sibi opus esse respondit: quid alter si eam cantionem dicam que placeat tibi: num ea pro pecunia contentus eris: annuente caupone cepit uiator canere: & an ea placeret interrogauit: cũ abnuisset caupo unam & deinde alterã cecinit: nullius cantu sibi satisfieri ille testatus est: hic uiator: dicam ergo nunc inquit eam que tibi sunt placitura: & arrepto marsupio dissoluẽti similis cepit cantionẽ qua uiatores uti cõsueuerũt. Metti manu alla borsa & pagha loste: hoc ẽ mitte manũ ad bursam & satis fac hospiti. hac dicta nũquid illa sibi placeret rogat: placet hec inquit hospes: tũ uiator satis factũ est tibi ex pacto ait: postq̃ hec cantio placuit tibi. Ita absq; solutione discessit.

De Gracili quodam faceta responsio.

Iuis ñoſter mihi amiciſſimus: eſt admodū gracili cor-
c pore ac macilentus: admirante quodā huius rei cauſā facetus quidam quid miraris inquit qđ eſt ī promptu ſemihorā quippe hic in cibo capiendo ſedet: ī ſeceſſu ad emittendum duas: mos enim illi eſt ut plurimum temporis in purgañdo uentrem impartiat.

Faceta reſponſio mulieris pugillare uacuum habentis.

Atrona e noſtris honeſtiſſima mulier: querenti tabel-
m lario nūquid litterrarū ad maritū dare uellet: aberat enim longius reipublice legatus quomodo ínquit poſſum ſcribere: cū uir calamū detulerit ſecū mihi pugillare uacuum reliquerit. Facera atq; honeſta reſponſio.

Ridenda de paucitate amicorū dei reſponſio.

Degrum quendā ciuem noſtrū perfacetum qui gra-
ui morbo diutius torquebatur: acceſſit rligioſus hortandi gratia: cū uero intercetera conſolationis uerba dixiſſet: ſolere deum quos diligeret hoc pacto caſtigare & iñ comodis afficere. Nō mirū eſt inquit egrotus ſi tam paucos amicos habet habiturus ſi ita tractaret eos etiam pautiores.

De Antonii fratre & laico ac lupo.

Eligioſus ex his queſtuariis qui pro ſancto' Antoñio
t elemoſinam petunt: agricole ad dandum ſibi neſcio quid frumenti perſuaſit: ea pollicitatione ut aſſereret res omnes ſuas & oues preſertim per eum annum ſaluas atq; incolumes fore: huiuſmodi ruſticus promiſſis fidens: cū oues licentius uagari permiſiſſet: lupus plures ex eis comedit: qua ex re indignatus uillicus cū anno altero queſtuarius pro frumento rediret negauit ſe quieq̄ daturum: & ſimul queſtus ẽ inanes ſuas fuiſſe pollicitationes. Sciſcitatus cauſam: reſpondit ab lupo oues ſuas raptas. Lupus ínquit alter: hoho mala ea beſtia eſt & abſq; fide: cauebis ab ea. Non enim ſanctum Antonium tantum ſed ipſum chriſtum ſi poſſet falleret. Stultum eſt nihil fidere quorum exercitium ī fraudando conſumitur.

De mirabili confitenti & confeſſore reciproca pro fatiſfactione putanti.

Vidā ſeu ſerio ſeu ſacerdotis lūdendi cā ad eum adiit
q aſſerēs ſe peccata ſua cōfiteri uelle iuſſus dicere q̄ me
minerat: ait neſcio quid ſe ab altero clā furatum: ſed il
lum multo plus eripuiſſe ſibi: tū ſacerdos alterum inquit pro
altero cōputetur quoniā pares in facto eſtis: addidit etiam ſe
alium quempiā uerberaſſe: & ſe quoq; ab eo uapulatū: eo mo
do ſacerdos parē fuiſſe culpā & penā dixit plura ſimilimodo
cum retuliſſet ſemper ſacerdos alterū pro altero compenſan
dum reſpondebat: tū ille reſtat ñunc peccatū inquit ingens
quod dicere uereor atq; erubeſco: tibi preſertim ad quē maxi
me ſpectat: cū hortaretur eū ſacerdos ad deponendā uerecun
diam & libere profitendū crimen cū diutius recuſaſſet: tandē
motus exhortantis ſacerdotis uerbis. Ego inquit ſororē tuam
cognoui tum ſacerdos & ego matrem tuā ait ſepius futiui: ita
q; ut de reliquis alterum alterius culpam luat: ita paritas cri-
minum peccatorem abſoluit.

Duorum florentinorum adoleſcētium dicta ſale reſperſa.

a Doleſcens quiſpiam florentie deferebat ad arni fluui
um retia quibus lauantur lane huic obuius dicax pu
er ridendi illius gratia: ad quod cum iſtuc rete pergis
aucupium inquit: tū ille ad exitum lupanaris uado: ut exten-
ſo ibi reti capiā matrem tuam eueſtigio alter heus tu inquit
pulſa locam diligentius: nam & ibi quoq; reperies tuam: duo
eodem ſale reſperſa dicta.

Adoleſcentis confuſio' ſuper menſam
mingentis in conuiuio.

n Obilis in ungaria adoleſcēs a quodam nobiliore quo
cum ſibi affinitas erat ad prandium uocatus acceſſit
cum famulis equeſter cū abeſſet longius. Cū ex equo
deſcendiſſet uiri mulieresq; obuiam prodeunt adoleſcentēq;
eueſtigio & hora erat tardiuſcula ad tricliniū conuiuio para
tum deducunt: lotis deinde ſtatī manibus in menſa īter duas
formoſas adoleſcentulas hoſpitis filias adoleſcens collocat:
qui emittēde urine cupiditate pre pudore tacita neq; ulla da
ta diuertendi facultate inter edendū mingendi cruciatu: ita
uexabatur ut cibo; cogeretur obliuiſci: cū omnes ſuſpenſū

animi remissiorẽq; in sumendo cibo uideret ac hortarẽtur ad edendũ: ille dolore motus dextra manu subtus mensã posita priapum occulte exertum in alterã ocream mingendi gratia demisit. Adolescentula dextre proxia heus ede alacriter iqui ens brachiũq; subito apprehendens manum extulit supra mẽ sam uirilia renentem ac mingentem ex quo urina mensa res perfa est: ad tam insolitum spectaculũ risere omẽs adolescen te admodum uerecundia perfuso.

Callida consilia femine in facinore deprehense.

m Vlier prope florẽtiam publici hospitis uxor admodũ liberalis cum quodam cuius usu tenebatur cubabat in lecto. Accessit interim de improuiso & alter: idem quod prior facturus: quem presentiens scalas ascendenté mu lier atq; obuiam facta: acriter eum iurgare & ulteriore aditu arcere cepit: asserens non esse tẽpus quo ei satisfieri posset: ro ganscq; ut e uestigio abiret renitendo a|tercãoq; cũ aliquam diu tempus tereretur superueniens uir: quid sibi ea uellet cõ certatio quesiuit: femina ad fallendũ prompta: hic inquit ite rato aio uult superius ingredi ad uulnerandũ quendam qui in domũ confugit: quẽ adhuc continui ne tãtũ facinus hic pa traretur ille qui latebat his auditis uerbis sumpto animo ce pit minari se ulturum iniuriam dictitans. Alter iterum priori uim & minas intentare se simulabat. Vir stultus quesita cau sa dissensionis onius rei componende susceptit & cũ ambobus una collocutus pacem composuit soluens etiam de suo uinũ ut uxoris adulterio adderet iacturam potus callida sunt pro fecto femine consilia in facinore deprehense.

De mortuo uino ad sepulchrum deducto loquente & risũ mouente.

e Rat florentie stultus cognomine nigniaca haud nimi um insaniens & satis iocundus. Iuuenes quidam face ti ioci gratia cum uellent ei persuadere illum grauiter egrotare re composita: exeunti mane domo unus obuiam fit petens nunquid ei mali cum facie esset immutata & pallida contigisset: nequaquam respondit stultus. Cum paulum

processisset longius alius ex composito rogauit an teneretur febri cum macra esset facie & egritudine ostentante:cepit ad dubitare stultus uerū quod dicebatur credens:cū prodiret timidus lento passu tertius ut cōstitutū erat cōspecto illo:uultus ait tuus indicat te febri ualida torqueri & grauem morbū esse:timuit ille magis & represso pede cogitabūdus animo pē debat an febri citaret. Tum superueniens quartus grauissime illum īfirmari affirmauit:miraricp se dixit nō illum in lecto esse:suasitcp ut domū euestigio rediret:secp sociū obtulit ut fratrē curaturꝝ. Retrocessit stultus tanq̄ magna grauatus infirmitate:& lectulū ingressus expirāti simuilis uidebatur. Ceter socii euestigio domū ꝓdeūt dicentes recte:illū qui se ī lecto collocasset fecisse:paulopost supuenit qdā qui se medicū ꝓfitebatur & tacto pulsu testatus est egrū paulopost ex eo morbo ꝓiturꝝ:deinde circūstantes lectū omnes dicentes alter alteri:iā iste īcipit mori:iā pedes frigescūt:lingua balbutit:& caligant oculi:statimcp expirabit inquiunt: claudamus igitur oculos & componamus manus & ad sepeliendū feramus: & o q̄ magna iactura in istius obitu facta est:bonus enim & amicus noster:& se inuicē consolabātur:stultus ut defunctus nihil loquutus:persuaserat sibi se mortuū esse posito in feretro cū iuuenes illi per urbē portarent petētibus ceteris quidnam rei esset se nigniacā ad sepulchrū ferre mortuū dicebant. Interpetendū multi ad ludū cōcurrebant cū omnes nigniacā mortuum ad sepulturā deferre dicerent. Vnus ex tabernariis o q̄ mala bestia fuit:& fur pessimus ait:dignus certe suspēdi laqo Tum stultus cū hec audisset erecto capite si uiu⁹ essem sicut sum mortuus inquit dicerem furcifer te per gulam mentiri: qui eum portabant ab ortu risu maximo hominem in feretro relinquere.

De dubio zophismate.

Isserebant ambulantes socii duo:utra maior esset uoluptas coitus ne an uentris secessus:conspecta mulie-
re que congressum hominū haud aspernata fuerat: p cuñctemur hanc alter ait utrancp rem expertam:minime inquit hec est idonea alter ad hanc rem iudicandam:multo enī

ſepius futuit q̃ cacauit.

De molendinario ab uxore decepto & quinq; ouis refecto.

a Dicietur ſuperioribus confabulatio mantue iter oés nota. Eſt iuxta urbis ponté mola: cuius magiſter cornicula dicebatur. Is in ponte poſt cená & eſtas erat ſedens tranſeunté puellã ruſticanã etate matura uelũti errabũdam conſpicatus: hortatur cũ hora eſſet tarda & ſol in occaſũ uergeret ut apud uxoré diuerteret. Cũ annuiſſet illa accito famulo duci eam ad uxorem iubet dariq; cenã & in certo cubiculo locari: remiſſo famulo cũ intelligeret uxor uirũ ad adoleſcentulã adieciſſe animũ: adoleſcentula in ſuo lecto collocata: ipſa in idẽ cubiculũ dormitũ proficiſcitur. Vir de induſtria ad multã noctẽ cum uigilaſſet: exiſtimãs dormitare uxoré clã domũ reuerſus cubiculũ ingreditur ignaruſq; doli: uxorem tacitus tacitum ſubagitauit: egreſſus q̃d egerat dixit famulo ipm ad idem certamen cohortatu ipſe proni uxoré cognouit. Cornicula ad ſolitum cubiculum diuertens: lectũ ſiſens intrauit: ne uxor ut putabat excitaretur: mane q̃ primũ ſurgens tacitus abiit: exiſtimãs ſe puellã cognouiſſe: hora deí de prandii cũ rediſſet ad domũ: uxor in primis ſibi quinq; recẽtia oua ad ſorbendũ dedit: admiratus uir: rei nouitatẽ cum quid id ſibi uellet percuntaretur: illa uultu hilari p numero miliariũ que ea nocte cõfecerat totidẽ oua ſibi offerre íquit ſenſit ille ſe ſuo laqueo captũ ac ſimulans ab ſe ſolo uxorem tã: oua ſũpſit accidit plerũq; ut ſuomet dolo caſtigẽt íprobi.

Pulchrum dictum pulchritudinem mentiens.

i Bant per uiam florentie colloquẽtes ſocii duo quorũ unus erat oblongus & corpulẽtus ac facie ſub nigra. Is cõſpecta adoleſcentula cũ matre ambulãte: hec inquit iocandi gr̃a iuuẽcula formoſa eſt admodũ ac uenuſta: illa ad hec uerba inſolẽtior facta nequaq̃ hoc de uobis dici poſſet rñdit: ímo recte íquit alt̃ ſiqs put ego feci uellet mẽtiri.

Facetum mulieris reſponſum ſed parum honeſtum.

n Arrauit mihi quidam mihi familiaris hiſpanus dictũ mulieris falſum quod mihi uiſum noſtris confabulationibus adiiciendum: duxerat uiduam in uxorem uir

quidam etate prouectior: qui cum prima nocte dñ matrimonió fungeretur percipiens uxoris cellam uberiorem q̃ putarat: mea uxor íquit hec tua curia amplior est numero gregis mei. Tũ mulier hoc íquit tua culpa accidit. Nã uir meus qui obiit misereatur deus anime sue: ita hãc adimplebat curiam ut edi persepe extra tabulata p̃ loci angustia p̃silire cogerentur. Responsum salis plenum & uenustatis.

De dentibus casum minantibus similitudo obscena.

Piscop⁹ mihi notus senior q̃rebatur quosdã dẽtes sibi cecidisse: quosdam ita labare ut eoꝝ casum timeret: tũ unus ex familia ne timeatis inquit dentiũ casũ pertenti causã ep̃o quia ꝛ̃siculi mei respondit iam. xl. ãnis pepẽderunt casuro similes & tamẽ nunq̃ ceciderunt.

Ilsum est mihi eũ quoq̃ nostris confabulationibus locum adiicere in quo plures eaꝝ tanq̃ in cena recitate sunt. Is est bu[illegible]iale nostrum hoc est mendaciorũ uelu ti officina quedam olim a secretariis institutũ iocandi gratia Consueuimus enim a Martini pontificis usq̃ tẽpore quendã eligere in secretiori aula locum in quo & noua referebantur & uariis de rebus tum laxandi ut plurimum animi causa: tũ serio quandoq̃ colloquebamur. Ibi parcebatur nemini in lacessendo ea que non probabantur nobis ab ipso persepe pontifice in iciũ reprehensionis sumpto: quo fiebat ut plures eo cõuenirent ueriti ne ab eis ordirentur. Erat in eo princeps fabulator razellus bononieñ. cuius nõnulla í confabulationes coniecimus. Añtonius item luscus: qui sepius íferitur uir admodum facetus. Cinciusq̃ romanus & ip̃e iocis deditus. Nos quoq̃ plura e nostris addidimus non insulsa. Hodie cum illi diem suum obierint desiit bugiale: tum temporum tum hominum culpa omnisq̃ iocandi confabulandiq̃ consuetudo sublata. Finis.

Pogii florentini secretari apostolici facetiaꝝ liber absolut⁹ é feliciter. Impressum Venetiis anno. M.CCCCLXXXVII. Die. x. mensis Aprilis.

BIBLIOTHEQUE DE Sre GENEVIEVE
BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE